



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

10. Aliquando etiam apud non barbaros esse necesse, vt mulieres
verberibus emendentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

amoris decora prouocauit. Imitetur hunc morem, qui eum vult ipse quoque experiri. Barbara est vxor, & sic tractari digna, quæ sic cupit tractari. Bona indoles, vno bono verbo, quincentum verberibus meliùs mitigatur.

X.

Non negauerim tamen aliquando & manu rem gerendam esse, præsertim si & vxor manibus vtatur, & prior verberans maritum prouocet ad duellum. Indignus est, qui vir vocetur, & velut ligatis manibus stat & tremit, ante vxorem identidem alapas sibi ingerentem, supplexque rogat sibi ignosci, & vix hanc vnicam noxiam condonari. Insolentior fit omnis mulier, quæ videt virum, se irascente, trepidantem. Monstri loco habet, apud Liuium, Cato fastum illum mulierum Romanarum, cum ait: *omnes homines vxoribus dominantur, nos omnibus hominibus, nobis autem vxores.* & alio loco, ait idem Cato: *Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem agere faminas, sine auctore voluerunt, sed in manu esse virorum.* Quod planè etiam S. Paulus vult. Etenim de caussa scribit: *Mulieres subdite estote viris, sicut oportet in Domino,* hoc est, sicut secundum Christi Domini legem, voluntatem & Euangelium decet. Quod si ergo femina legem hanc euerit, quid mirum est, si & viri alia lege vtuntur? Quisquam non necesse est, vt ad verbera veniatur, & liuorem vultus. Multa vitia ingeniosi viri vxoribus, sine baculo aut fuste, detraxerunt. Maritus quidam quotidie obstrepentem vxorem ferre amplius cum non posset, *Rogo te,* dixit, *mea vxor, per quid tibi charum ac sacrum est, desine aures meas posthac obrundere. In quibus nisi mihi parueris, efficiam profecto, vt & te nimium quantum obrundi feras agerrime. Quasi vt id faceret intentius, visa est hoc monitum mulier accepisse.* Igitur cum finem iurgandi nullum faceret, sed omnibus eius gressibus, omnibus negotijs intergarriret, singula carpens, singula aliter aliterque aggredienda edicens, tota vicinia & viri patientiam, & feminae insolentiam admirans, tandem animum commasculans, dolium ingens & multarum vrnarum capax in mediam plateam prouolui iussit. Quod contemneret, quia illa dispicere, apud se, non satis potuit, nec quid ei sibi res veller diuinavit, ad mores suos reuerfa cepit in eum dicta jacere, imperium exercere, clamare, populo ad vociferationem

Liui. dec. 4.

lib. 4.

Liui. lib. 34.

Coloss. 3. 18.

nes vndique concurrente. Cùm ergo iterum, iterumq; monita os non comprimeret, cum magis magisque semper contenderet, annuit maritus victoribus seu doliarijs, ad id iam antea clam constitutis. Signo accepto, robusti illi mediam correptam indolium coniecerunt. Ibi illa, ad Reguli modum, inclusa, vix cùm subsiliret, oculis potuit eminere, & tamen velut è cathedra cœpit vocalissimè detonare in maritum. Eo igitur alterum signum dante, victores per circulum ambientes malleis tudiculifque dolium, vsque ad insaniam mulieris, contuderunt. Illis pulsatione longa fatigatis successerunt pueri, qui cauum dolium saxis cædentes, non minore strepitu, quàm clamore, in tertiam vsque horam, omnia compleuerunt, sarcasum acerbissimum addentes, atque præ indignatione insanientem identidem *Dionigenis uxorem* vocitantes. Mulier, seu furijs ageret, seu precepta intus est propemodum, quòd ex hoc gurgustio emergere prohiberetur, donec maritus spectaculo saturatus in cauponam concessit. Tunc enim & capta dimissa est, bono operæ pretio doliarijs persoluto. A dolio rectà cucurrit post maritum, atque in cauponam se intulit, inflammatoque vultu spumans solitissimam Diris in maritum erat debacchatura, cùm repenti combones, quòd erant edocti, fecerunt. Ita enim sympotas instituerat maritus, vt si, quòd fore augurabatur, illa irrumpens potantibus superueniret, illi sine intermissione, cantharorum operculis identidem deblaterantem obtunderent. Hoc strepitu igitur obstrepentem abegerunt. Non ausa est, tam strenuè explosa ad hospitium reuerti. Ibi ergo maritus ad tertium vsque diem triumphauit. Pecunia deficiente, domuitione parauit, sed non sine defensoribus & comitatu. Septem erant, & crapula adhuc nondum decocta, semiebrij. Hi omnes, sub pallijs, crepitacula tulere. Excepti sunt, vna cum reduce patrefamilias, formula sollenni. Ibi nouum certamen extitit, nam illa nouum negotium facessente, & domum totam clamoribus implente, illico crepitaculorum assidua complosione, ex insana reddiderunt infaniorum, atque ex ædibus fugarunt, vtique non reuocandam, nisi illa, imploratis cognatorum patrocinijs, veniam impetrasset: quam tamen ei maritus antè non dedit, quàm se posthac.

posthac Angeronam fore spondit. Addiditque, ni linguam cohiberet, se rectis incudem illaturum, quam quatuor fabri valentissimi sonantissimè tunderent; simulque discretis verbis denunciavit, nisi silere disceret, se liberali mercede cum ædificatis omnibus transfacturum, ut quoties, ipsa altercante, signum accepissent, omne æs Campanum, per totam urbem, concreperet; atque in hunc modum nemini omnium non constaret, uxorem suam iterum esse in fermento, iterum ferocire, iterum intemperijs agitari. His artibus tandem edocta silentium salutare potius habuit, noxia atque importuna garrulitate & rixis. Sine plagis ergo domuit bestiam hanc, & plus effecit dolium verberando, cantharisque & crepitaculis complodendis, quam si illa vapulasset. Plus etiam & illa tacendo, quam obstrependo effecit, juxta consilium, quod quidam vir prudens dedit matronæ dicens: *Si vis imperare viro, pareas: bona enim mulier parendo viro, imperat; & gratior est, si pareat, quam si pariat.* Ita, teste

Dion. in Tiberio.

Dione, Livia Augusti Cæsaris vxor interrogata, quibus rationibus Augustum sibi subiecisset, respondit: *Multa modestia, scilicet, quòd ea, quæ placerent Augusto, faceret libenter; quòd se scire dissimularet, quibus ille vitijs implicaretur.* Habent ergo & hinc feminæ remedium, quo viros suos sanent, reddamque sibi obsequentes.

XI.

Atque hoc est illud, quod præmiseram consilium, ut *Exemplo bono*, maritus etiã sibi uxorem faceret bonã. Ut enim *Regis ad exemplum totus componitur orbis*, ita ad exemplum patris familiæ & vxor, & liberi, & famuli, & ancillæ componuntur. Certe Aristoteles inter Oeconomica præcepta hæc ponit: *Exemplum bonum debet mulier bene composita, mores viri esse legem vite sue, impositam sibi à Deo, per coniunctionem matrimonij. Qui hæc ergo negligit, Deos ipsos videtur negligere, quibus presentibus sacra fecerit, & matrimonium iniit.* Quem in sensum etiam D. Anselmus alibi

Aristot. lib. 1. Oeconom. c. 1. & 2.

Coloss. 3. 18.

Ephes. 5. 22.

Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in Domino, ita interpretatur, ut mulieres subditæ sint viris, sicut decet subdi eas, quæ Christo coniunctæ profitentur se sequi Christi modestiam, humilitatem, obedientiam, quam in Christianismo didicerunt. Et, alio loco, ait Apostolus: *Mulieres viris suis subditæ sicut, sicut*

coloss.

5 & 22

Domini